

Zeitschrift:	Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse
Herausgeber:	Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte
Band:	2 (1908)
Artikel:	La fiscalité pontificale dans les diocèses de Lausanne, Genève et Sion à la fin du XIII ^e me et au XIV ^e me siècle
Autor:	[s.n.]
Kapitel:	Documents : Quittances sur le paiement de la dîme en faveur de la Terre sainte, imposée par le concile général de Lyon, et levée pendant les années 1275 à 1280
DOI:	https://doi.org/10.5169/seals-119309

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 24.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

DOCUMENTS

**Quittances sur le paiement de la décime en faveur
de la Terre sainte, imposée par le concile général de Lyon,
et levée pendant les années 1275 à 1280**

(*Collectories, Num. 15*)

1. GENÈVE

*(Fol. 162v-164) Instrumentum rationis decime Gebennen.
super non exemptis.*

1280, septembre 2.

Anno Domini 1280, scil. IV non. Septembris. In presentia viri discreti dⁿⁱ fratris Iohannis monachi, gerentis vices dⁿⁱ Giroudi officialis curie Gebennen., vir ven^{lis} frater Albertus, prior de Gordanicis, generalis collector decime terre sancte subsidio concesse in Viennen. provincia per apostolicam sedem deputatus, requisivit viros discretos d^{nos} Iacobum priorem Talleriarum et P. decanum Albone, collectores dicte decime a non exemptis in civitatibus et ecclesiis diocesis Gebennen. constitutos, ut ipsi fideliter redde-rent computum et rationem de receptis occasione dicte decime et expensis factis in sexto anno dicte decime et etiam summatim de annis preteritis. Qui collectores expressis nominibus et personis solventium dictam decimam nec non locis que ad ipsam decimam persolvendam tenentur, computaverunt et confessi fuerunt quod ipsi habuerant et receperant occasione dicte decime in dicto sexto anno : 934 libr. 12 sol. 8 den. Gebennen., et 125 libr. 12 sol. 10 den. Viennen. Item post redditam rationem annorum preteritorum : 62 libr. 13 sol. 2 den. Gebennen. de hiis que recuperaverant de annis preteritis. Expenderant autem occasione dicte decime 11 libr. 17 sol. Gebennen.

In primo autem anno, de quo alias fuerat computatum, inventum fuit quod ipsi habuerant et receperant a non exemptis 893 libr. 7 sol. 11 den. Gebennen. et 124 libr. 19 sol. Viennen. Expenderant autem occasione dicte decime 36 libr. Gebennen.

In secundo autem anno, de quo alias computatum fuerat, receperant

et collegerant 937 libr. 14 sol. 11 den. Gebennen., et 135 libr. 4 sol. 4 den. Viennen. Expenderant autem occasione dicte decime 10 libr. 15 sol. Gebennen.

In tertio autem anno, de quo alias computatum fuerat, receperant et collegerant 869 libr. 15 sol. 1 den. Gebennen., et 122 libr. 7 sol. 5 den. Viennen. Expenderant autem occasione dicte decime 11 libr. 17 sol. Gebennen.

In quarto autem anno, de quo alias computatum fuerat, receperant et collegerant 959 libr. 7 sol. 9 den. Gebennen., et 127 libr. 13 sol. 9 den. Viennen. Item post rationem redditam 92 libr. 5 sol. Gebennen., et 70 sol. Viennen. de hiis que receperant de annis preteritis. Expenderant autem occasione dicte decime... (*sic!*) 11 libr. 9 sol. Gebennen.

In quinto autem anno, de quo alias computatum fuerat, inventum fuit quod habuerant et receperant 958 libr. 8 sol. 4 den. Gebennen., et 113 libr. 2 sol. 4 den. Viennen. Expenderant autem occasione dicte decime 11 libr. 7 sol. Gebennen.

Item confessi fuerunt predicti collectores quod ipsi habuerant et receperant ab exemptis civitatis et diocesis Gebennen. nomine collectorum ipsorum exemptorum, ad quos ipsi exempti accedere non poterant propter guerram, in primo anno 131 libr. 6 sol. Gebennen., et 39 libr. Viennen.

In quarto anno receperant 71 libr. 6 sol. Gebennen., et 7 libr. Viennen.

In quinto anno receperant 105 libr. 4 sol. 6 den. Gebennen., et 41 libr. 14 sol. Viennen.

Item post rationem redditam 66 sol. Gebennen., et 11 libr. 7 sol. Viennen. de recuperatis annorum preteritorum.

In sexto anno receperant 144 libr. 15 sol. Gebennen., et 41 libr. 3 sol. 5 den. Viennen.

Preterea iidem collectores confessi fuerunt se habere et tenere in depositum et ex causa depositi a predicto d^{no} priore de Gordanicis de predictis summis habitis et receptis et superius computatis 43 libr. Gebennen., et 10 libr. 16 sol. Viennen., et magis 23 libr. 11 sol. Gebennen., quas 23 libr. 11 sol. solvit post redditam rationem Guillelmus capellanus de Cenon crucesignatus. Que pecunia habita et recepta fuerat a quibusdam crucesignatis Gebennen. civitatis et diocesis, quam pecuniam promiserunt custodire in thesauraria ecclesie Gebennen. et restituere in primo generali passaggio mandato dicti dⁿⁱ prioris de Gordanicis vel sedis apostolice illis crucesignatis, a quibus ipsam pecuniam habuerunt, sicut ab eis pro rata preteriti temporis habuerunt, si contingat ipsos crucesignatos transfretare; quod si non transfretaverint, ipsam pecuniam non transfretantium reddere et solvere ipsi d^{no} priori vel nuntio sedis apostolice seu cuicunque solvi et restitui mandaverit quandocunque fuerint requisiti, nisi aliud interdum per eundem d^{um} priorem vel apostolicam sedem super dicto deposito contingat ordinari. Et hec omnia promiserunt et super sancta Dei evangelia iuraverunt attendere et completere sub obligatione omnium bonorum suorum.

Actum Gebennis in hospitio Domberti de Ghornos canonici Gebennen. Testes interfuerunt vocati Iohannes Castaxas, Petrus de Messurie pres-

byteri., d^{nus} R(aimun)dus Rostangni, prior de Fontanesio Magalonen. dioc., Petrus operarius Galentarum. Et ego Guido de Mediolano publicus auctoritate imperiali notarius de predictis duo publica instrumenta eiusdem tenoris, mandato dictorum dominorum prioris de Gordanicis et collectorum, scripsi et signavi.

Et nos supradictus frater Iohannes predictus, in cuius presentia predicta acta fuerunt, sigillum curie officialis Gebennen. presenti instrumento duximus apponendum.

(Fol. 169^v-170^r) **Instrumentum rationis decime Grationopolitan.**

Gebennen. et Maurianen. super exemptis.

1280, *septembre 22.*

Anno Domini 1280, scil. X kal. octobris. In presentia dⁿⁱ Hugonis Bachelii presbyteri tenentis sigillum dⁿⁱ. Episcopi Diensis, vir ven^{lis} d^{nus} frater Albertus, prior de Gordanicis, generalis collector decime in Viennen. provincia per apostolicam deputatus sedem, requisivit viros discretos d^{nos} P. priorem S. Maurici Dien., et Boncosum Lusignel canonicum Dien., collectores dicte decime ab exemptis in civitatibus et diocesibus Gebennen., Grationopolitan. et Maurianen. ab eodem d^{no} priore de Gordanicis constitutos, ut ipsi fideliter redderent computum et rationem de omnibus hiis que perceperant et expenderant occasione dicte decime in hoc sexto anno et etiam summatim de annis preteritis. Qui dicti dⁿⁱ.. prior S. Maurici et Boncosus collectores, expressis nominibus et personis solventium et non solventium dictam decimam, nec non locis exemptis que ad ipsam decimam persolvendam tenentur, computaverunt et confessi fuerunt, quod ipsi, facta legali calculatione, habuerant et collegerant in dicto sexto anno occasione dicte decime in diocesibus Maurianen. et Grationopolitan., cum propter guerram illi de diocesi Gebennen. solverint apud Gebennam collectoribus ibidem deputatis, sicut in ratione et computo ipsorum Gebennensium collectorum appareat, 143 libr. 19 sol. Viennen. Et magis de debitibus post redditam rationem preteritorum annorum recuperatis 121 libr. 2 sol. 6 den. Viennen., et 71 sol. 6 den. Gebennen. Expenderant autem in hoc sexto anno 54 sol. Viennen.

Item quod in secundo anno receperant et collegerant in predictis tribus civitatibus et diocesibus ab exemptis, cum primo anno dicti exempti solvissent collectoribus ordinariis, 288 libr. 15 sol. Viennen. Item 197 libr. 14 sol. 8 den. Gebennen. In quibus summis quedam recepta primi anni continetur, quam in secundo anno a quibusdam exemptis receperunt. Expenderant autem occasione dicte decime 11 libr. 2 sol. 6 den. Viennen., et 62 sol. Gebennen.

Item quod in tertio anno receperant et collegerant ab exemptis dictarum civitatum et diocesum 194 libr. 4 sol. 7 den. Viennen., et 133 libr. 12 sol. 2 den. Gebennen. Expenderant autem occasione dicte decime 42 libr. 5 sol. Viennen.

Item quod in quarto anno receperant et collegerant occasione dicte

decime 132 libr. 7 sol. 10 den. Viennen., et 55 libr. 4 sol. 6 den. Gebennen. Expenderant autem occasione dicte decime 30 sol. Viennen.

Item quod in quinto anno receperant et collegerant occasione dicte decime 155 libr. 6 sol. 4 den. Viennen., et 46 libr. 13 sol. Gebennen. Expenderant autem occasione dicte decime 30 sol. Gebennen., et 20 sol. Viennen.

Actum die apud S. Mauricium ubi testes vocati fuerunt, videlicet d^{nus} Berardus prior de Fontanesio Magalonen. dioc., Umbertus Espanon prior de Persico, d^{nus} P. prior S. Marcelli, d^{nus} P. Grationopoli(tan. San. Dien.?)

Et ego Guido de Mediolano, publicus auctoritate imperiali notarius, qui mandato dicti dⁿⁱ prioris de Gordanicis de predictis duo scripsi publica instrumenta et signavi.

Et ego supradictus Hugo Baccallerii, in cuius presentia predicta acta fuerunt, sigillum dⁿⁱ Episcopi Dien. apposui huic publico instrumento.

2. LAUSANNE

(Fol. 188-189^r) **Instrumentum rationis decime Lausannen.
super non exemptis.**

1280, aout 8.

Anno Domini 1280, scilicet VI idus augusti. In presentia Iohannis Giraudi clerici gerentis vices dⁿⁱ Wi. officialis Lausannensis et testium infrascriptorum, ven^{lis} et religiosus vir d^{nus} frater Albertus de Salve, prior de Gordanicis, generalis collector decime ultramarine in provincia Bisuntin. per sedem apostolicam deputatus, requisivit virum discretum d^{nm} Borcardum Martini collectorem dicte decime a non exemptis in civitate et dioc. Lausanen., una cum d^{mo} Conone priore de Lustriaco, ut ipse nomine suo et dicti prioris de Lustriaco consocii sui redderet computum et rationem de omnibus receptis et habitis per eosdem collectores in hoc sexto anno dicte decime, et etiam de expensis factis occasione dicte decime in dicto sexto anno, et etiam summatim de annis preteritis. Qui dictus d^{nus} Borcardus nomine suo et dicti consocii sui prioris de Lustriaco, expressis nominibus et personis solventium et non solventium dictam decimam, nec non locis que ad ipsam decimam persolvendam tenentur, computavit et confessus fuit quod ipsi habuerant et collegerant in hoc sexto anno 485 libr. 3 sol. 4 den. Lausanen. Item 175 libr. 4 sol. 6 den. Basilien., Solidor. et Bernen. Expenderant autem occasione dicte decime 8 libr. 6 sol. Lausanen.

In primo autem anno, de quo alias computum reddiderant dicto d^{no} priori, habuerant et receperant occasione dicte decime 550 libr. 11 sol. 2 den. Lausanen. Item 157 libr. Bernen. Item 27 libr. Basilien. Expenderant autem occasione dicte decime 17 libr. 3 sol. Lausanen.

In secundo autem anno, de quo alias computum reddiderant dicto d^{no} priori de Gordanicis, habuerant et collegerant occasione dicte decime 504 libr. 19 sol. Lausanen. Item 145 libr. 19 sol. Bernen. Item 42 libr. 2 sol. 6 den. Basilien. Expenderant autem occasione dicte decime 9 libr. 4 sol. 6 den. Lausanen.

In tertio autem anno, de quo alias computum reddiderant dicto dⁿⁱ priori de Gordanicis, habuerant et receperant 498 libr. 8 sol. Lausanen. Item 128 libr. 15 sol. 6 den. Bernen. Item 31 libr. 19 sol. 6 den. Basilien. Expendent autem occasione dicte decime 9 libr. 2 sol. 6 den. Lausanen.

In quarto autem anno, de quo alias computum reddiderant dicto dⁿⁱ priori de Gordanicis, habuerant et receperant occasione dicte decime 531 libr. 11 sol. 10 den. Lausanen. Item 37 libr. 14 sol. Basilien. Item 28 libr. 18 sol. Solodoren. Item 171 libr. 3 sol. Bernen. Expendent autem occasione dicte decime 8 libr. 10 sol. Lausanen.

In quinto autem anno dicte decime habuerant et receperant 496 libr. 7 sol. Lausanen. Item 138 libr. 14 sol. Bernen. Item 64 libr. 3 sol. 8 den. Basilien. et Solodoren. Expendent autem occasione dicte decime 8 libr. et 18 den. Lausanen.

Et de predictis autem summis habitis et receptis per eosdem dominos d^{nus} Borcardus Martini confessus fuit se habere et tenere in depositum 92 libr. 6 den. Lausanen. ; que pecunia habita et recepta fuit a quibusdam crucesignatis Lausanensis civitatis et diocesis, quam pecuniam promisit (mandato) dicti dⁿⁱ prioris de Gordanicis vel summorum pontificum (restituere) illis a quibus dictam pecuniam habuerunt. De quibus dictus d^{nus} prior de Gordanicis et dictus d^{nus} Borcardus Martini nomine suo et dicti prioris de Lustriaco consocii sui sibi petierunt fieri duo publica instrumenta.

Actum Lausanne in hospicio thesaurarie Lausanensis, in presentia dⁿⁱ R. prioris de Fontanesio Magalonen. dioc., Cononis de Gumens, Iohannis de Sancto Laurentio canonicorum Lausanen., Audrici presbiteri Lausanen., Iohannis de Cossenacico clerici, et Stephani scriptoris. Et mei Guidonis de Mediolano publici auctoritate imperiali notarii, qui de predictis duo scripsi publica instrumenta et signavi.

In cuius rei testimonium ego supradictus Iohannes Giroudi sigillum officialis Lausanen. presenti instrumento duxi apponendum.

(Fol. 191-193) **Instrumentum rationis decime Bisuntin.**

Lausanen. et Bellicen. super exemptis.

1280, août 7.

Anno Domini 1280, scilicet VII idus augusti. In presentia Rudolphi Giraudi clerici, gerentis vices dⁿⁱ G. officialis Lausanen., et testium infrascriptorum, vir religiosus et ven^{lis} d^{nus} frater Albertus de Salve, prior prioratus de Gordanicis, generalis collector decime ultramarine in provincia Bisuntin. per apostolicam sedem deputatus, requisivit viros ven^{les} d^{nos} Aymonem priorem Romani monasterii, et Hugonem priorem S. Mari Lausanen.. collectores dicte decime ab exemptis civitatum et diocesum Lausanen. et Bisuntin. per eundem d^{nus} priorem constitutos, ut ipsi fideliter redde-rent computum et rationem de receptis occasione dicte decime et expensis factis in hoc sexto anno, et etiam summatim de annis preteritis ipsius decime. Qui dicti dⁿⁱ collectores expressis nominibus et personis solventium

dictam decimam, nec non locis que ad ipsam decimam persolvendam tenentur, facta legali calculatione, computaverunt et confessi fuerunt quod ipsi habuerant et receperant occasione dicte decime in hoc sexto anno ab exemptis dictarum civitatum et diocesum Bisuntin. et Lausanen. 61 libr. 11 sol. Stephan. Item 29 libr. Viennen. Item 69 libr. 13 sol. Lausanen. Item 21 libr. Bernen. Et magis 44 libr. 6 sol. 8 den. Stephan. Item 73 libr. Viennen. de hiis que remanserant ad solvendum de annis preteritis. Expenderant autem occasione dicte decime 60 sol. Lausanen.

In primo autem anno dicte decime, de quo alias computum reddiderant dicto d^{no} priori de Gordanicis, fuit inventum quod ipsi collectores habuerant et receperant occasione dicte decime ab exemptis in civitatibus et diocesibus Bisuntin., Lausanen., et Bellicen. 91 libr. 9 sol. Lausanen. Item 148 libr. 22 den. Stephan. Item 169 libr. 14 sol. Viennen. Item 11 libr. 18 sol. Bernen. Expenderant autem occasione dicte decime 6 libr. 14 sol. 9 den. Stephan. Item 103 sol. 10 den. Lausanen. Item 70 sol. Viennen.

In secundo autem anno dicte decime fuit inventum quod habuerant et collegerant ab exemptis in dictis civitatibus et diocesibus Bisuntin. Bellicen. et Lausanen., de quo alias computum reddiderant dicto d^{no} priori de Gordanicis, 144 libr. 3 sol. 8 den. Stephan. Item 109 libr. 7 sol. 6 den. Viennen. Item 86 libr. 4 sol. Lausan. Item 27 libr. 8 sol. Bernen. Expenderant autem occasione dicte decime 50 sol. Lausanen.

In tertio autem anno, de quo alias computum reddiderant dicto d^{no} priori de Gordanicis, fuit inventum quod ipsi habuerant et collegerant in dictis civitatibus et diocesibus Bisuntin. et Lausanen. ab exemptis 58 libr. 5 sol. Viennen. Item 104 libr. 16 sol. 8 den. Stephan. Item 72 libr. 12 sol. Lausanen. Item 32 libr. 6 sol. Bernen. Expenderant autem occasione dicte decime 50 sol. Lausanen.

In quarto autem anno dicte decime, de quo alias computum reddiderant dicto d^{no} priori de Gordanicis, fuit inventum quod ipsi collectores habuerant et collegerant in dictis civitatibus et diocesibus Bisuntin. et Lausanen. ab exemptis 116 libr. 14 sol. 2 den. Stephan. Item 84 libr. 14 sol. Lausanen. Item 30 libr. 10 sol. inter Bernen. et Halen. Item 50 lib. Viennen., et magis 31 libr. 17 sol. Stephan. Item 32 libr. 13 sol. Viennen. Item 13 libr. 12 sol. Lausanen, de hiis que remanserant ad solvendum de annis preteritis. Expenderant autem 50 sol. Lausanen.

In quinto autem anno, de quo alias computum reddiderant dicto d^{no} priori de Gordanicis, fuit inventum quod ipsi habuerant et collegerant in dictis civitatibus et diocesibus Bisuntin. et Lausanen. ab exemptis 144 libr. 10 sol. 8 den. Stephan. Item 19 libr. Viennen. Item 69 libr. 5 sol. Lausan. Item 32. libr. Bernen. Expenderant autem occasione dicte decime 50 sol. Lausan.

De quo computo dictus d^{nus} prior de Gordanicis et dicti collectores, salvo errore calculi, sibi petierunt fieri duo publica instrumenta.

Actum Lausanne in hospitio thesaurarii Lausannensis, in presentia dⁿⁱ R. prioris de Fontanesio, Magalonen. dioc., Guchardi canonici S. Mari Lausanen., Iacobi cellararii Romani monasterii, dⁿⁱ Borchardi Martini canonici Lausanen.

Et mei Guidonis de Mediolano publici auctoritate imperiali notarii,
qui de predictis duo scripsi instrumenta et signavi.

Et ego supradictus Rodulphus in testimonium predictorum sigillum
officialis Lausanen. presenti instrumento duxi apponendum.

3. SION

(Fol. 224-225^r) **Instrumentum rationis decime civitatis
Sedunen. et diocesis.**

1280, aout 23.

Anno Domini 1280, scil. X kal. Septembris. In presentia et testimonio
ven^{lis} patris dⁿⁱ P. Dei gratia episcopi Sedunensis ¹, vir religiosus d^{nus} frater
Albertus, prior de Gordanicis, requisivit virum religiosum d^{nus} priorem
S. Petri de Clages collectorem dicte decime a non exemptis in civitate et
diocesi Sedunen., et d^{nus} Iacobum de Novilli canonicum Sedunen., gerentem
vices in hac parte dⁿⁱ Geraudi quondam decani Sedunen. collectoris dicte
decime in civitate et diocesi Sedunen., ut ipse d^{nus} prior de Clages nomine
suo, et dictus d^{nus} Iacobus nomine dicti dⁿⁱ decani fideliter redderent com-
putum de receptis per eosdem occasione dicte decime in dicta civitate et
diocesi Sedunen., et etiam de expensis factis occasione dicte decime in hoc
sesto anno, et summatim de annis preteritis. Qui dictus d^{nus} prior de Clages
nomine suo, et dictus d^{nus} Iacobus predicto nomine, expressis nominibus
et personis solventium et non solventium dictam decimam, necnon locis
que ad ipsam decimam persolvendam tenentur, computaverunt quod ipsi
habuerant et receperant in hoc sexto anno occasione dicte decime 163 libr.
14 sol. 6 den. Maurian., et magis 5 sol., quos receperant de quarto anno
post redditam rationem. Expenderant autem occasione dicte decime 13 sol.
8 den. Maurian.

In primo autem anno, de quo alias computatum fuerat dicto d^{mo} priori
de Gordanicis, fuit inventum quod habuerant et receperant occasione
decime 162 libr. 19 sol. 7 den. Maurian. Expenderant autem occasione dicte
decime 65 sol. Maurian.

In secundo autem anno, de quo alias computum reddiderant dicto
d^{mo} priori de Gordanicis, fuit inventum quod habuerant et receperant occa-
sione dicte decime 138 libr. 13 sol. Maurian. Expenderant autem occasione
dicte decime 3 sol. 4 den. Maurian.

In tertio vero anno, de quo alias computatum fuerat, fuit inventum
quod ipsi habuerant et collegerant occasione dicte decime 139 libr. 3 sol.
Maurian. Expenderant autem occasione dicte decime 8 sol. 4 den. Maurian.

In quarto autem anno, de quo alias computatum fuerat, fuit inven-
tum quod habuerant et receperant occasione dicte decime 190 libr. 4 sol.

¹ Pierre d'Oron, évêque de Sion, 1273-1287.

10 den. Maurian. Et magis 112 sol. 3 den. Maurian. de hiis que receperant post redditam rationem de annis preteritis. Expenderant autem occasione dicte decime 4 sol. 2. den. Maurian.

In quinto autem anno fuit inventum quod ipsi habuerant et collegerant occasione dicte decime 184 libr. 11 sol. 4 den. Maurian. Expenderant autem occasione dicte decime 6 sol. 8 den. Maurian.

De quibus summis pecunie idem d^{nus} Jacobus, et d^{nus} Petrus de Leucha, canonicus Sedunen., confessi fuerunt se recepisse, habere et tenere in depositum et ex causa depositi a predicto d^{no} priore de Gordanicis 200 libr. Maurian., que recepte fuerant a quibusdam crucesignatis Sedunen. civitatis et dioc., quas ponere, tenere et custodire promiserunt in thesauraria ecclesie Sedunen. ; promiserunt etiam dictam pecuniam fideliter solvere mandato dicti dⁿⁱ prioris vel sedis apostolice illis crucesignatis a quibus ipsam pecuniam habuerunt, sicut ab eisdem pro rata preteriti temporis receperunt, si contingat ipsos crucesignatos in primo generali passagio transfretare ; quod si non transfretaverint, promiserunt ipsam pecuniam ipsorum non transfretantium ad mandatum sedis apostolice vel dicti dⁿⁱ prioris sine difficultate quacunque restituere cuicunque restitui mandaverint quan- docunque fuerint requisiti, nisi aliud medio tempore per sedem apostolicam vel dictum d^{num} priorem super dicto deposito contigerit (*sic*) ordinari. Et hec omnia sicut superius continentur promiserunt et iuraverunt dicto d^{no} priori stipulanti facere et servare sub obligatione omnium bonorum suorum.

Actum Seduni in hospitio supradicti dⁿⁱ episcopi. Testes interfuerunt d^{nus} Valterus curatus de Vesbia, d^{nus} P. de Novilla canonicus S. Mauricii Agaunen., d^{nus} P. curatus de Iulliaco, magister Martinus, curatus de Eruens. Et ego Guido de Mediolano publicus auctoritate imperiali notarius, qui predictis interfui et mandato dictorum dⁿⁱ prioris de Gordanicis et dⁿⁱ Jacobi hanc cartam scripsi et signavi.

Et nos P., divina miseratione Sedunen. episcopus, in cuius presentia predicta acta fuerunt, sigillum nostrum apponi iussimus huic carte.

(Fol. 227) **Instrumentum rationis decime totius provincie Tarentasien.
super exemptis.**

1280, août 23.

Anno Domini 1280, scil. X kal. Septembris. In presentia et testimonio ven^{lis} patris dⁿⁱ P. Dei gratia episcopi Sedunensis, vir religiosus d^{nus} frater Albertus de Salve, prior de Gordanicis, generalis collector decime ultramarine in provincia Tharantasien. per apostolicam sedem deputatus, requisivit d^{num} P. de Leucha canonicum Sedunen., procuratorem, ut asseritur, dⁿⁱ Marci decani Sedunen. collectoris dicte decime ab exemptis in provincia Tarantasien. constituti, ipso d^{no} decano in remotis partibus existente, ut ipse d^{nus} P., nomine dicti dⁿⁱ decani, redderet fideliter computum et rationem de perceptis per eum occasione dicte decime ab exemptis in provincia

Tarantasien., et de expensis factis occasione dictae decime in hoc sexto anno, et etiam summatim de annis preteritis. Qui dictus d^{nus} P. de Leucha, expressis nominibus exemptorum solventium dictam decimam necnon locis exemptis que ad decimam per solvendam tenentur, computavit et confessus fuit quod ipse nomine predicto habuerat et collegerat in hoc sexto anno occasione dictae decime 33 libr. 18 sol. Maurian., et 116 sol. Viennen. Expenderant autem occasione dictae decime 4 sol. Maurian.

In primo autem anno, de quo alias computum reddiderat dicto d^{no} priori de Gordanicis, fuit inventum quod ipse habuerat et receperat occasione dictae decime 35 libr. 18 sol. 2 den. Maurian. Expenderant autem occasione dictae decime 32 sol. Maurian., videlicet in collectione prīmi anni.

In secundo autem anno, de quo alias computum reddiderat dicto d^{no} priori de Gordanicis, fuit inventum quod habuerat et receperat occasione dictae decime 41 libr. 2 sol. Maurian.

In tertio autem anno, de quo alias computum reddiderat dicto d^{no} priori de Gordanicis, fuit inventum quod ipse habuerat et collegerat 35 libr. 7 sol. 3 den. Maurian.

In quarto autem anno, de quo alias computum reddiderat dicto d^{no} priori de Gordanicis, fuit inventum quod ipse habuerat et collegerat occasione dictae decime 39 libr. 12 sol. Maurian. ; et magis 6 libr. 3 sol. 7 den. Maurian. de hiis que receperat de annis preteritis post rationem redditam de eisdem. Expenderant autem occasione dictae decime 2 sol. Maurian.

In quinto autem anno inventum fuit quod ipse habuerat et collegerat occasione dictae decime 32 libr. 14 sol. Maurian. Item 6 libr. 6 sol. Viennen.

De quo computo dictus d^{nus} prior de Gordanicis et dictus d^{mns} P. sibi petierunt fieri duo publica instrumenta.

Actum Seduni in hospicio supradicti dⁿⁱ episcopi. Testes interfuerunt d^{nus} Valterus curatus (de) Vesbia, d^{mns} P. de Novilla canonicus S. Mauritii Agaunen., d^{nus} P. curatus de Iulliaco, magister Martinus curatus de Eruens.

Et ego Guido de Mediolano, publicus auctoritate imperiali notarius, qui predictis interfui et mandato dictorum dⁿⁱ prioris de Gordanicis et dⁿⁱ P. de Leucha hanc cartam scripsi et signavi.

Et nos P. divina miseratione Sedunen. episcopus, in cuius presentia predicta acta fuerunt, sigillum nostrum apponi iussimus huic carte.

